neſtus veterinariæ artis peritus, equorũ ex puluere tuſſim curabat. Ex dictis iam ea Hippocratis verba, quæ 2. de Diæta leguntur, faciliùs quis aſſequatur: ὄξος ψυκτικὸν, διότι τήκει τὸ ὑγρὸν ἐν τῷ σώματι καὶ ξυναλίσκει. ἵστησι δὲ μᾶλλον, ἢ διαχωρέει, διότι οὐ τρόφιμον, καὶ δριμύ. Acetũ, dicit frigefacere. Frigidum ergo. At cùm propriè caloris ſit colliquare, teſte Philoſopho, calidum quoq; fuerit, inprimis cùm acrediné præ ſe ferat, & ventrẽ ſiſtat. Vt ideo Ariſtoteles poteſtatem θερμαντικὴν ei dẽ attribuerit. Eſt itaq; Galeni, non noſtrũ, hoc de partiũ diſſimiliũ remedijs decretũ: qđ ab Hippocr. mutuatus eſt. Is enim, de leguminũ nonnullorũ facultatib. locutus, ſubijcit: τουτέων δὲ ἁπάντων οἱ χυμοὶ τῆς σαρκὸς διαχωρητικοί· δεῖ οὖν ἐργασίῃ φυλάσσειν, ὁκόσα μὲν βούλει ξηραίνειν, τοὺς χυμοὺς ἀφαιροῦντα, τῇ σαρκὶ χρῆσθαι. ὁκόσα δὲ διαχωρέειν, τῶν μὲν χυμῶν πλείονι, τῇ δὲ σαρκὶ ἐλάσσονι, καὶ εὐχυμοτέρα: id eſt, Horũ porrò omniũ ſucci carnis aluum mouẽt. Iccircò in præparatione id obſeruare oportet, vt quando ſiccare voles, ſuccos detrahas, & carne vtaris: ſin aluũ mouere, ſuccũ copioſiorẽ, carnẽ pauciorẽ & ſucculentiorẽ adhibeas.

Num. 240.

2. de Generat. et Corr.

34. ſect. problẽ. 17.

2. de Diæta.

Quibus